


PARALLELA  
GEOGRAPHICA  
ITALIÆ  
VETERIS ET NOVÆ.

APPENDIX AD TOMVM II.

*Auctore* PHILIPPO BRIETIO *Abbasillao,*  
*Societatis IESV Sacerdote.*



PARISIIS,


Sumptibus { SEBASTIANI CRAMOISY, Regis } viâ Iacobzâ, sub  
& Reginz Regentis Architypographi: Ciconiis.  
ET  
GABRIELIS CRAMOISY.

M. DC. XLIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



- VII. PALIA: *Paglia*, Glanum excipiens, cumque deuchens in Tiberim.  
 Astronius: *Astrone*.  
 Ferseno: *Fersenone*.  
 Riuus Clarus: *Rio Chiaro*. } eius regiunculæ limites.
- NUM. 6. *Ager Perusinus*: Territorio Perugino.
- LOCA. PERVSIA: *Perugia*, nobis *Peruse*, aut *Perouse*, de cuius ortu, & incremento multa apud Leandrum leges. Hanc Totila Rex Gothorum obsedit annis decem, tandemque cepit ac vastauit. Postea à Longobardis occupata est, iis erepta à Carolo Magno, & concessa S. Sedi à Ludouico Pio. Malè excepta est seditionibus Guelphorum, & Gibellinorum; vrbs permunita est cum arce.
- AGRI. Diruta Castellum: *Druida*, non procul à Tiberi, sed ultra; celebratur ob vasa fictilia quæ videntur inaurata, dicunturque Maiorica, quia artis huius initium ex vnâ Balearidum extitit.
- PE. Castilio ad lacum: *Castiliglione di laco*, sic dictus quia Trasimeno lacui adiacet, Marchionatus caput.
- RV. Passinianum: *Passignano*, ad eundem lacum.
- SINI. Petramala: *Pietra-mala*, vnde nobilis familia, de quâ sæpe in rebus Aretinis; à Leandro collocatur in agro Cortonensi.
- Mons Sperellus: *Monte Sperello*, locus munitissimus in colle pulcherrimo.
- Compinianum: *Compignano*, ad Nestorem Fl.
- Fratta: *Fratta*, ad Tiberim, vbi ponte iungitur, oppidum amplissimum, & nunc diues.
- FLV. TIBERIS: *Teuere*, } Niconem: *Nicone*.  
 VII. qui hic recipit } Nestorem: *Nestore*, qui haurit *Caina*.  
 multos fluuiolos. } Chisium: *Chisio*.
- GLANIS: *Chiana*. } recipit Tresam: *Tresa*.
- LA. TRASYMENVVS, seu Insula Maior: *Isola Maggiore* } in parte Boreali  
 Trasimenus, nunc } re, vbi Fanum S. Francisci: *S. Francesco*. } lacus.  
 PERVSINVS; Lago di }  
 Perugia, pisciù co- } Insula Minor: *Isola Minore*.



LE LAC DE PERUSE

L'UMBRIE,  
LE PERUSIN,  
le Duché  
D'URBIN  
LA MARCHÉ  
D'ANCONÉ.

